

4499 tabula marmorea marginata, a. 0,22, l. 0,43. Litterae exhibent vestigia coloris rubri; a. ca. 0,04. Rep. negli scarichi della caserma dei vigili. Est ibidem parieti affixa prope latrinam.

COH. III. VIG.

I.QVI·DESCENDERVNT IN VEXILLATIONE OSTIS·ID·AVG·IN			
ID·DEC·PVDENTE	ET·POLIONE	CoS γ·CLAVDI	sic a.p. Chr. 166
Q·LIVIVS·Q·FIL·SALVTARIS	F·P·A·D VIII T·XLVIII	K C	
5 M·VLPIVS	CELESTINV S	F·P·A D VII T XLI	K C
L·OCTAVIVS	SABINV S	F·P·A D VII T LVIII	K C
P·CASSIENVS	HILARVS	F·P·A D VII T LVIII	K C C·T. VENIVS
L·NONIVS·L·LIB	PROCLVS	F·P·A D I T LVIII	K C LEO
L·LAESINA	L·F MARCELLINVS	F·P·A D T	K C B·B
10 Q·AEMILIUS	THESEVS	F·P·A D T	K C
L·PLVTIVS	AGATHOPVS	F·P·A D VII T LXXXII	K C
L·LEPIDIVS	RESTVTVS	F·P·A D T I	K C
L·PLVTIVS	IVLIANVS	F·P·A D T	K C
C VENNIVS	LEO	F·P·A D T	K C

Descripti ad ectypum, contuli ad lapidem. Vagliari Not. d. sc. 1911 p. 405. Cf. supra p. 610.

4 sqq. f(rumentum) p(ublicum) a(ccipit) d(ie) illo t(abula) illa k. c. (litterae incertae significationis). — 9 sqq. spatia vacua reicta ad numeros postea demum recipiendos; spatum expletum est in solo versu 14 manu rudi; hasta extrema numeri LXXXIII absorbuit hastam perpendiculararem litterae K. Subter eadem manus scripsit hastam singularem, qua quid significetur nescio; non puto esse numerum tabulae v. 12. — 10 fortasse

eiusdem Q. Aemilii Thesei titulum sepulcrale habemus C. VI 2969. — 14 idem nomen (altera n omissa) repetitur a dextra versum 7 sqq. Litteras singulares, quae ibi exstant, Vagliari explicare conatus est c(uram egit) t(ituli) et b(onis) b(ene), probabiliter, ut mihi videtur; cf. supra n. 230 not. 1; infra n. 4510 v. 13 sq. sal[vo]s [i]re, salvos venire, scripsit ille; n. 4516 v. 2 fin. lege fel[iciter]; v. etiam supra n. 4378 v. 13 not. et 4385 v. 7 not.

4500 [b = Eph. VII 1213] tabula marmorea marginata, a. 0,34, l. 0,345, cr. 0,028. Litterae a. 0,04–0,007, cursivis quae dicuntur similes (λ passim). Tabula in quattuor partes quadratas, inter se pares dissecata est (ut tabulae infra n. 4503. 4506); superficies particulae dextrae superioris (b) cavo rotundo ex parte absumpta est: tutte queste lastre furono tagliate per farvi girare porte o finestre (Vagliari Not. d. sc. 1911 p. 452). Particulae a c d rep. caserma dei vigili a destra dell' ingresso, sunt ibi prope latrinam parieti affixa; b rep. caserma dei vigili, est Romae in repositis musei thermarum (museo nazionale).

a	b	c	d
L·VENVLEIO APRO	n i a N O II		
L·SERGIO · PAVL	l o II	CoS	a. p. Chr. 168
M·BASSAEO · RVFO PR	ER	TONE S PR	
L·AEMILIO · RVFO TR·COH	II	O PUDENTE	
5 TR·COH VII 77 QVINTIO VALERIANO coh.	VI IVLIO		
MARTIALE COH VII RVFRI OCTOBRE COH I·OPILIO DEXTro			
COH II·IVVENTIO RIXIONE OPTIONE SVB CVRA Eorum ii			
QVI DESCENDERV//T·ID DECEMBR·7 MARC			
C AEMILIO · C F//H ARN VII FELIC			
10 L·HERENNIVS·L·L·SCAPT VINDEX·FLOR F·P·A D·IX T LV· K·C·			
L·POMPONIVS·L·F·FALER·VRBANVS CAP·F·P·A D VII·T LXIX· K·C·			
N·AERIVS N F IVL·COMMVNIS FER F P A D VII·T·LXIX K C			
Q·AVFIDENVS Q·F CRVST SEVERINVS TVD F P A D XXII O XLIV K C			
TI·CLAVDIVS·TI·L·CAM STEPHANVS RAV·F·P·A·D·			
15 M·TANNIVS M L IVL PECVLIARIS AEM F P A D·			
Q·ANTONIVS Q·L·IVL CORISCVS LVCO FER·F·P·A·D·			

TITVLVS DEDIC. VI ID·MART·ISDEM· CoS

Composui; descripti ad lapidem, contuli ad ectypum. a c d Vagliari Not. d. sc. 1911 p. 450. b Lanciani ibid. 1889 p. 82; Dessau l. c. (vidit Huelsen). Cf. supra p. 610.


5 in. Tr descripti; sed in ectypo agnoscere mihi videor, quod supra dedi. — 9 hasta recta litterae R vocabuli ARN perit tabella dissecata; in vv. 10 sqq. litterae vel particulae litterarum, in quas scissura incidit, (in quibus tota littera i nominis Coriscus v. 16, hasta perpendicularis numeri vi v. 17) nunc non cernuntur, fortasse gypso oblitate; sumpsi ex editione principe.

3 de M. Bassaeo Rufo praefecto vigilum v. Pros. imp. Rom. I p. 230 n. 57. Recte ex hoc titulo supplevit Vagliari titulum C. VI 1599 v. 14 in. — Deinde e. g. [V]er[io Chari]tone s[ub]pr(aefecto); in. ER¹ Huelsen. — 4 sqq. L. Aemilio Rufo tr(ibuno) coh. II[II, -----]o Pudente tr(ibuno) coh. VII, (centurionibus) Quintio Valeria[no coh(orte)] VI, Iulio Martiale coh. VII, Rufrio

Octobre coh. I, Opilio Dext[ro] coh. II, Iuventio Rixione optione. — 6 titulus sepulcralis P. Rufri Octobris centurionis coh. V pr. est C. VI 2588; videtur idem esse, ad praetorium promotus. — 7 sqq. legendum videtur sub cura eo[rum ii] qui discenderunt id(ibus) Decembr(ibus). (Centuria) Marc[iani?] felic[iter]. Quid sibi velit nomen v. 9, dubius sum; fortasse est unus ex centurionibus, supra perperam omissus: C. Aemilio C. f. -- Arn(iensi) (centurione coh.) VII, quae explicatio mihi ipsi minime placet. — 8 ad formas insolitas discenderunt, desciderunt (v. titulos qui sequuntur) pro descenderunt cf. exempla quae collegit Dessau Inscr. Lat. sel. III p. 875 et quae exposuit Löfstedt Eranos 1913 p. 72 sqq. — 10 L. Herennius L. l. Scapt(ia) Vindec Flor(entia), 11 L. Pomponius L. f. Faler(na) Urbanus Cap(ua), 12 N. Aerius N. f. Iul(ia) Communis Fer. (fortasse Luco Feroniae ut v. 16), 13 Q. Aufidenus Q. f. Crust(umina) Severinus (haud Severianus, ut exhibet ed. pr.) Tud(er), 14 Ti. Claudius Ti. l. Cam(ilia) Stephanus

Ravenna), 15 M. Tannius M. l. Iul(ia) Peculiaris Aem(ona) — sic explicavit Vagliari, videtur enim esse colonia Iulia Emona Pannoniae superioris, v. C. III p. 488 —, 16 Q. Antonius Q. l. Iul(ia) Coriscus Luco Fer(oniae). Hic igitur ut in laterculo vigilum urbano C. VI 220 alii tribum nomini adscribunt (10. 11. 13. 14), alii pro tribu cognomine patriae utuntur (12. 15. 16); alia eiusmodi exempla collegit Dessau *Inscr. Lat. sel.* III p. 591. — 10 titulus sepulcralis L. Herennii Vindicis mil. coh. VII vig. 7 Hostili est C. VI 2996; fortasse idem. — 10-12 frumentum p(ublicum) a(ccipit) d(ie) illo, t(abula) illa k. c., 13 f. p. a. d. XXII o(stio) — sc. porticus Minuciae — XLIV k. c., 14-16 spatium vacuum relictum est ut in titulo qui praecedit. Certe non sine causa fieri, ut in hoc laterculo et in sequentibus semper numerus aut tabulae aut ostii, nunquam utriusque afferatur, monet me Drexel. — 17 isdem cos. spectat ad v. 1. 2; ergo vexillatio vigilum, cui milites huius laterculi assignati sunt, Ostiam descendit idibus Decembribus (v. 8) haud anni 168, quod concluderit quis ex primis versibus, sed iam anni 167. Accuratus anni indicantur in laterculo n. 4505, qui pertinet ad vigiles qui Ostiam descenderunt idibus Decembribus anni 182, tabulam dedicaverunt a. d. VII id. Aprilis anni 183.


4501 tabulae marmoreae l. 0,36 pars superior a. 0,165; litt. v. 4 a. 0,023, cet. 0,017-0,007. Rep. negli scarichi della caserma dei vigili; exstat ibidem parieti affixa prope latrinam.



Descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. Vagliari *Not. d. sc.* 1911 p. 366. Cf. supra p. 640.

3 in. *nl* Vagliari, et potest hasta quam vidi ante 1 d fuisse hasta dextra litterae H; sed pars curva quam in initio cognoscere mihi videbar quid fuerit nescio; fortasse est laesura. — 4 in. potest fuisse -- ilio; ante vidi etiam aliud vestigium incertum. — 5 in. fortasse [No]mentano. — 6 [op]tione. — 7 fin. fortasse frumentum) [p. a. etc.

4502 [b = Eph. VII 1215] tabulae marmoreae cr. ca. 0,038-0,025 fragmenta (coniuncta a. ca. 0,39, l. ca. 0,375): a rep. tra gli scarichi della via a nord della caserma dei vigili; est in repositis musei Ostiensis. b rep. caserma dei vigili; est imminutum Romae in repositis musei thermarum (museo nazionale). c rep. nella caserma a destra dell' ingresso, d negli scarichi della caserma, exstant ibidem coniuncta, parieti affixa prope latrinam. e et repertum est et asservatur ibi ubi a. Litterae a. 0,02-0,018, v. 12 fin. 13 a. 0,014.




Composui ectypis usus, descripsi (frg. b imminutum: quod vidi sc. partem sinistram linea terminavi). a e Vagliari *Not. d. sc.* 1912 p. 168 n. 2. 4;

b Lanciani *ibid.* 1889 p. 82. Dessau l. c. (descr. Huelsen); d Vagliari *Not. d. sc.* 1911 p. 367 n. 3, c et d coniuncta id. *ibid.* p. 451 n. 3. Cf. supra p. 640.

4 r, 2 o (in *Scaevola*), 5 n, 6 d (in *[i]dus*) Lanciani; idem v. 3 litteram e perisse indicat. Adnotavi, quatenus lectio Lancianii a lectione Huelsen abhorreat, quod hanc partem ipse non vidi. — 2 sqq. inter CERVID[!] et o, VLPI et o etc. spatium vacuum relictum fuisse putandum est, ut litterae finales o una supra alteram ponerentur. — 9 littera c nominis *Cogitatus*, v. 14 litt. i prior nominis *Silvinus*, v. 12 pars curva litterae p nominis *Pisone* (quae litterae vel partes litterarum ibi positae sunt, ubi tabella nunc fracta est) non cernuntur; sumpsi ex editione principe (cf. supra n. 4500 not.).

4 coh(or)s [- - fe]lix (centuria) Papiri. — 2 videtur fuisse *Cervidio* (litteram, cuius frustum exstat post *Cervi*, pro d haberi posse mihi persuasi ex ectypo); *Cervidius Scaevola* praefectus vigilum idem sine dubio atque Q. *Cervidius Scaevola* illustris juris consultus, quo M. Aurelius in iure constituendo usus est (vit. Marci 11, 10, cf. *Pros. imp. Rom.* I p. 338 n. 565); v. quae exposui *Sitz.-Ber. Berl. Akad. phil.-hist. Kl.* 1928 p. 37 sqq. — 3 fin. s(ub)pr(aefecto). — 6 in. vestigiis quid subsit, incertum est. — 7 fin. frumentum p(ublicum) a(ccipit) d(ie) XXII o(stio) XXVII k. c., 8 f. p. a. d. IX t(abula) LXXII k. c., 9 f. p. a. d. XIII o(stio) XLI s. a. (litterae incertae significationis, ut etiam litterae k. c.). — 10 post d(ie) et o(stio) spatium vacuum ut supra n. 4499. 4500. — 11 f. p. a. d. I o(stio) IIII s. a. — 12 Pisone et Iul(iano) cos. — 12 fin. 13 P. Ael(io) Hermadione opt(ione), f. p. a. d. XX - o(stio) XXX [k. c. ?] Nomen optionis videtur postae additum esse; minoribus enim litteris et vix suo loco scriptum est. — 13 fin. (frg. e) scriptura vacat, sed exstitit olim etiam versus 14; superest enim sub v. 13 in. lineola quae pertinuit ad versum sequentem, scilicet superposita litteris quibusdam singularibus quae ibi exstitisse putandae sunt.

4503 tabulae marmoreae in quattuor partes quadratas dissecatae (v. supra ad n. 4500) partes tres. A. ca. 0,34, l. 0,39, cr. 0,04. Litterae rubricatae, a. v. 1 m. 0,02, v. 2 m. 0,015, cet. 0,01. Rep. caserma dei vigili, a destra dell' ingresso. Sunt ibi prope latrinam parieti affixae (pars inferior a superioribus separata).



Descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. Vagliari *Not. d. sc.* 1911 p. 451 n. 2. Cf. supra p. 640.

3-6 Sempronio Laeto pr(aefecto), Sempronio Urbano s(ub)pr(aefecto), i(i) qui desciderunt succura (lege sub cura) Iuni(i) Reburri tr(ibuni) coh(orte) III, Tetti Paulini (centurionis) coh(orte) V et option(e) Cominio Fausto coh(orte) ea(s)dem. — 8 fin. litterae ex parte perierunt; · S · FIRIM Vagliari. Mihi videtur fuisse S(exti) filius), deinde cognomen incertum (tres hastae rectae, A). — 9 L · L (pro L · F) Vagliari. — 14 nomen videtur fuisse *Claudius*. — 15 cf. n. 4500 v. 17.